Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



atq; delebunt nomen ei⁹ de terra. Et
ait fatus magno nomine suo. Dixit
q; dominus ad Josue. Surge. cur ta
ces, prosterne te. Peccauit Israhel:
et prævaricatus est pactum meum. tulit
q; de anathemate. et furati sunt. atq;
mentiti. et abscondere⁹ inter vasa
sua. nec potuit Israel stare ante hostes
suos. cesq; fugiet. quia pollutus est
anathemate. Nec eo ultra habebo vobiscum. don⁹
ero tibi cum. nisi interficeritis eum qui
est sceleris reus.
Surge. sanctifica populum. et dic eis. Sanc
tificamini in crastinum. Hec dicit dominus de⁹
Israel. Anathema in medio tui est. Israel
non poteris stare coram hostibus tuis.
donec auferatis eum qui hoc piaculum
fecit in vobis. Accedetis mane singuli
per tribus vestras. et quicunq; tribum sors
monstrauerit. accedet per cognationes suas.
et cognatio per domos. domus quoq; per
viros. et quicunq; ille inuentus fuerit de re
bus sacrilegium. comburetur igni cum omni sub
stantia sua. quia prævaricatus est pactum domini.
et fecit nefas in Israel. Surgens itaq;
Josue mane adduxit Israel per tribus
suas. et inuenta est tribus Juda. Que
cum iuxta familias esset oblata. in
uenta est familia Zare. illam quoq;
per domos offerens recepit Zabdi. cuius
omnium singulos diligens viros.
inuenit achor filium charmi. filii
Zabdi. filii Zare de tribu Juda. Dixit
Josue ad achor. fili mi da gloriam deo
deo Israel. et confitere. et indica mihi. ne
scire. ne abscondas. Respondit achor Jo
sue. et dixit ei. Vere ego peccaui coram
deo Israel. Sic et sic feci. Vidi enim
inter spolia pallium coccineum. nimis bo
num. et ducentos siclos argenti. Re
gulam quoq; auream. l. siclos. et con
cupiscens abstuli. et abscondi in ten
toria mea. medium tabernaculi mei. Argentum
quoq; fossa humo operui. Misit ig⁹
Josue ministros. qui currentes ad
tabernaculum illius. reperer⁹ cuncta
abscondita in eodem loco. et argentum
simul. auferentes. detulerunt ad
ea ad Josue. et ad omnes filios Israhel.
proiecerunt ante dominum. Tollens itaq;
Josue achor filium Zare. argentum q;
et pallium. et auream regulam. filios
quoq; eius et filias. boues et asinos.
et oues. ipsumq; tabernaculum. et omnia
supellectilem. et omnis Israel cum eo.
duxerit eos ad vallem achor. et dixit
Josue. Quia turbasti nos. exturbet
te dominus in die hac. Lapidauitq; eum omis
Israel. et omnia que illius erant. igni
comburentes. congregauerunt quoq;
super eum acerum magnum lapidum.
qui permanet usq; in presentem diem.
et auersus est furor domini a vobis. Vocati
tum est nomen illius locus vallis
achor. usq; hodie. VIII.
Dixit quoq; dominus ad Jo
sue. Ne timeas. nec formides.
Tolle tecum omnem multitu
dinem pugnatorum. et consurgens ascende
in oppidum hai. Ecce tradidi in manibus
tuas regem eius. et populum. urbemq;
et terram. facietisq; urbi hai. et regi eius.
sicut fecistis Jericho. et regi illius. Præda
uero et omnia animantia diripietis
vobis. pone insidias urbi post ea.
Surrexerunt Josue. et omnis exercitus
bellator⁹ cum eo. ut ascenderent ad hai.
et electa xxx. milia virorum fortium
misit nocte. precepitq; eis dicens. Po
nite insidias post ciuitatem. nec lon
gius discedatis. sed cuncti sitis parati.
Ego autem et reliqua multitudo q;
mecum est. ascendemus exadverso
contra urbem. Cumq; exierit contra
nos. sicut ante fecimus. fugiemus.
et ita uertemus. donec persequentes
abducte longius. prosternantur. Pu
tabunt enim fugere nos. sicut pri⁹.
Nobis autem fugientibus. et illis per
sequentibus. surgetis de insidiis. et nanci
scimini ciuitatem. tradetq; eam dominus